

ACADEMIÆ GISENÆ RECTOR, TOTUSQUE SENATUS ACADEMICUS, OMNIUM FACULTATUM STUDIO SIS

S. P. P.

Non infima imperantium prudentia censenda est, qua subditis mercium tractandarum curam commendant, modisq; cavent omnibus, ut facilis harum importandarum, exportandarumque ratio in eatur. Si enim quid est, quod hominum societatem, rerum omnium in vita utilium, abundare copia facit, & agendorum in primis nervum suppeditat, illud sane negotiatio in primis est; videmusque Regna & Respublicas præ aliis florere, quæ ut illa floreat, eo operam laboremque omnem impendunt. Nostram equidem, quam incolimus, *Gissam*, vel incolarum ingenio, vel loci genio, rerum parum aptam commercio esse, *Cattorum* Principes, per ævum laudatissimi, animadvertent; unde & medium tempestivè circumspexere, quo subditorum usibus, non una ratione, succurrerent, patriamque sustentarent, quæ prima Regentium cura esse debet. *Musarum* ergo sedem urbem præcipuam voluerunt, prudentia & pietate pari: ita enim utriusque felicitatis rationem habuerunt, & interioris illius, quæ animos quorumcunque, rerum optimarum scientia, divites facit; & exterioris, qua civibus & incolis, frequenti studentium adventu, haut mediocris solet rerum accessio fieri. Floruit hætenus *Athenarum* hoc, *Minervæ* sacrum *Emporium*, sub *Serenissimorum Nutriciorum* paternæ cura, & præsentibus *Nundinis* Vobis, *Cives Academici*, merces suas exponit, quibus nec *Serum* nec *Indorum* industria pretiosiores apportat; istiusmodi merces, quæ casui nulli subjacent, aut temporis injuriæ: unde vera beatitudo pendet, qualve naufragus olim *Aristippus* solas præ omnibus suis commendabat. Has presate, & debita in vestros usus solertia convertite; quando subjuncta tabella exhibet, qui per omnes sunt Facultates parati, explicare, quæ studii cujuscunque poterunt finem, DEO benedicente, coronare. PP. sub sigillo Academ. majori 13. Kal. Aprilis. claj Jcc LXXXI.

IN FACULTATE THEOLOGICA.

JOHANNES NICOLAUS MISLERUS, *ss. Theol. Doct. & Prof. P.* Controversias circa Adiphora inter Nos & Calvinianos hætenus agitata, tractabit in lectionibus publicis; Privatim Collegium instituet Antipontificium vel contra Adversarios alios, pro Auditorum placito.

PHILIPPUS LUDOVICUS HANNEKENIUS, *ss. Th. D. & Prof. Ord.* DEO gratiore assistente & gubernante, publicè continuabit notas in Epistolas Johannis. Privatim aut contra Photinianos aut Syncretistas collegium aperiet disputatorium juxta theses collegii gemini *B. Dn. D. Haberkornii* typis impressas, contra Photin. & Novatores. Aut sin Casuale ardeat profectionibus in S. Theologia operam suam fideliter per DEI gratiam subministrabit.

KILIANUS RUDRAUFF, *Theol. D. & Prof.* in publicis lectionibus, postquam ea, quæ in Epistola ad Romanos è superiori semestri restant, absolvit, dubia resolvat potiora & difficiliora Mosæca; In privatis collegium instituet Antipontificium disputatorium, atq; publicas de Scriptura S. Disputationes promovet perget.

DAVID CLODIUS, *ss. Theol. D. & Prof. Extraord.* publice cum hætenus Theologica legerit, privatis honoris in iisdem perget, illaque præleget quæ grata Auditoribus esse cognoverit.

IN FACULTATE JURIDICA.

ANTON HENRICUS MOLLENBECHIUS, *D. & Pr. Ord.* huc usq; publicis prælectionibus Jus Novissimum, in Codice per CCXXVI. Authenticas ab Itenerio Novellarum Epitomatore interpolatum, exposuit, & nunc tandem divino adjutus auxilio absolvit. Proximè igitur, promissio ut satisfaciatur, DIFFERENTIAS JURIS CIVILIS & CANONICI, easq; principales succinè & explanabit, ad singulas simul quid usus obtineat atque in foro judicario receptum sit, fideliter moniturus; DEUS secundet propositum! Privatim quoq; tum in continuandis, tum in aliis denuò inchoandis Collegiis, qualia è LL. Cultoribus, Dominis Studiosis, desiderantur, sua. n. pollicetur promititudinem.

FRIDERICUS NITZSCHIIUS, *D. & Pr. Prof. Ord. Public.* ea, quæ in *Libris Pandectarum XLVII. & XLVIII.* adhuc proponenda restant, volente Deo absolvet. Privatim Collegium Digestorum Lectorio Disputatorium ad *Dn. Struvii* Syntagma habebit, & quia juris Publici Collegium ad *Dn. Myleri* Tractatum de Principibus & Statibus Imperii præcitero

semestri bono cum Deo absolvit, aliud vel Publici vel etiam Feudalis Juris Collegium desiderantibus aperiet.

NICOLAUS THILEN, *J. U. L. & Prof. Ord.* Institutiones Justinianæ & publicè & privatim superiori hyeme, ita fortunante Deo, absolutas denuò ordietur; In Collegio Digestorum, quo cepit, pede perget, aliq; cum in feudalis, tum publici juris Studiis pro desiderio Auditorum Collegia aperiet.

IN FACULTATE MEDICA.

LAURENTIUS STRAUSSIIUS, *Med. D. & Præf. Prof.* Lectoria edra nuper in *Præfatione* publicè tantum constituitur *Præfatione* *Præfatione* suæ *Præfatione* *Præfatione*, quæ præterito annò disputando proposuit; in illis exponendis, propiusque ad finem prædicum dirigendis, accepta methodò, Deo vitam elementer concedente, perget. Quòd si insuper *Philistru* ariserit, hac in *Præfatione* ulterius se *publ. disputando* exerceat, vel *privatim consultando*, aut aliis non inuilibus id genus laboribus sub ejus manu ditione proficere, studium ipsi, fidem atque industriam *habebit* promtam pollicetur.

MICHAEL HILLIAND, *Phil. & Med. D. Prof. Ord.* Per instans semestris ætatem Publicè quidem in Pathologicis perget, singularium Symptomatum Causas juxta Veterum pariter & Recentiorum placita examinanda; Nec deerit desideris Eorum qui Amore Studii Botanici flagrant. Privatim vero Chirurgica tractabit, si qui erunt hæc Studia amantes.

LUDOVICUS CHRISTIANUS TACKIUS, *Med. Lic. & Præf. Prof. P.* uti cepit, publicè Diætam præleget, una cum Materia Medica, & quæ, è necessitate, referantur ad doctrinam, de morbis cognoscendis, præcavendis, curandis, dijudicandis, ex fonte prædico declarabit, non omitteus Jonstonis Ideæ Medicinæ Prædicæ librum; quicquid huc lucis ex sententiis Hippocratis, Galeni & Hermeticoꝝ in adiare poterit, id quam sollicitè & simul eò dirigit; Cætera per quietem lectionum privataram, offert Dominis Philistru, quæ desiderantur ex arte alta, Eligant modo, Disputandum, explicandum an examinandum, institutionibus, aut quancunq; Medicinæ parte, sibi feliciter Consultum velint. Ita annuat Jehovah.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

JOHANNES WISSE, *Phil. & Civ. Prof. Ord. & Facult. Phil. Senior*, in publicis lectionibus Ethicis, Deo gra-

tiole volente, doctrinam de Temperantiâ &c. juxta seriem Compendii sui Ethici proponet. In Politicis verò, expositâ parte Politicæ generali, partem specialem posthac ead. methodò declarabit, & materiam de Republicâ ejusdemq; speciebus trader. Insuperq; præsidium suum in disputationibus Moralibus & Civilibus, typis excudendis, offert. *Privata* quoque Collegia Ethico-Politica, Lectorio. examinatorio. disputatoria pro Dominorum Studiosorum libitu aperiet.

LAURENTIUS STRAUSSIIUS, *Med. D. & Phys. Pr. Ord.* Generalem de *Brutis* doctrinam, juxta *Isagoges* suæ *Physicæ* ductum, publicè exponet; *privatim* verò, postquam *Compendium* hoc, in *Præfatione* denuò absolvit, operæ necura cultores, quibus *disputando* pariter, immo magis proficere, curæ cordiq; sit: interim nulli (si Deus vitam concesserit) defuturus, qui oppellam suâ quovis etiam modo desideraverit.

HEINRICUS PHASIANUS, *Hist. Orat. & Præf. Prof. Ord.* Captus in Bunonem Lectiones Historicas publicè continuabit, sed ut per vices, rationem orationum specialium consiciendarum, juxta seriem Vossianam, commonstret. Privatim, vel continuabit superiora Collegia, vel alia ad votum Dni. Auditorum instituet.

DAVID CLODIUS, *Ling. Orient. Prof. Ord.* Publicè posthac vel Hebrææ vel alius Linguz fundamenta, quæ aridè Auditorio senserit, docebit; Privatim Collegium Philologicum aperiet, non denegaturus & alia, quæ è re sua esse judicaverit Auditores.

BALTHASAR MENTZERUS, *Prof. Math. Ord. & Pr. Academiæ Rector*, ex voto ea, quæ in Geographiis publicè prælegendæ restant, ob munus Rectorale absolute haut potest. Privatim, cum hætenus ad desideria Auditorum usum globorum explicaverit & Mapparū Geographicarum aliaque; in Geometricis, Fortificationis aliisque, Mathematicos capitibus, futuris Auditoribus præire nō gravabitur.

JOH. DANIEL ARCULARIUS, *Log. & Metaph. Prof. Ord.* Continuabit lectionibus publicis declarationem *Logicæ* & *Syllogisticæ* materialis, & sicut hætenus eam quæ *Etymologia*, *Synonymia*, *Denominativa* proportionem, &c. defumitur, propotuit, ita in futurum, *Definitivam*, *Propriam* & ab *Accidentibus* derivatam &c. exhibebit, idque juxta leges veræ argumentandi formæ. E *Metaphysicis* proponet *Præter* veritatis *Axiomata*, quæ singulis capitibus hujus doctrinæ subnecti solent, eorundemque sensum genuinum declarabit.